

Monatlicher Beytrag zu den Budischen wöchentl. Nachrichten.

September 1784.

In L. Pisonem.

Missus in Hesperiam Frugi cognomine Piso,
Vt Praetor victis iura, modumque daret;
Armis exercet dum sese, mos ita genti,
 Ordinis indicium rumpitur ecce manu!
Sed quid Romulides? legit auri fragmina pronus,
 Appenditque fabro reddita, luce palam.
Annulus enituit nouus hinc, et Corduba vidit,
 Prima fides oculis, annulus vnde nouus.

Ad Hœfferum, Plauensem.

Egregios numero mirata est Græcia septem,
Nobilitata viris, ingeniisque bonis.
Ex numero quem quisque probet, nil scire necesse:
 Quot capita in terris, sensa tot esse vides.
Cur ego Cecropio tripodem tribuisse Soloni,
 Accipe, cur senos posthabuisse velim.
Nam mercator erat, sapiens erat, atque poëta:
 Qualis es, excipito paucula, talis erat.

In nostros versiculos.

Mellis habere nihil, recte mea carmina dicis;
Cur non dicis item, fellis habere nihil?

3

*
An